cuius corpore est totum. Id est tunc
mundo per legem et evangelium
predicat. Unus ex animalibus
dedit septem fialas. Idest evangelium.
quod sunt quattuor animalia.
hoc est unum hoc quattuor.
evangelium. Aurum voluntas est dei
quia complet voluntatem. Dat septem
hanc potestatem. Et impletum est
templum dei fumo claritatis dei
et virtute eius. Usque illud templum
quod supra diximus esse de templo.
Fumus enim claritatis dei oratio
nes sunt sanctorum. Ex quo odor suavi
tatis dei ascendit et civitatem
operit in qua clarescit. Et nemo
poterat intrare in templum. quousque
finiuntur septem plage septem angelorum.
Nemo quis est alius nisi hypocrite

et heretici. et pseudo sacerdotes.
et scismatici. nemo ex his poterit
intrare templum. Id est coetum domini quia
erit pressura magna tempore antichristi
qualis non fuit ex quo gentes esse
ceperunt. quia non liberaretur
omnis caro. nisi deus propter electos suos
breviasset dies illos. Hic facit finem
et recapitulat eandem plagas plenius
dicturus. EXPLICIT LIBER SEPTIMUS.

INCIPIT LIBER VIIIus: STORIA

Et audivi vocem magnam
dicentem septem angelis. Ite
effundite fialas dei in terram. Et abiit
primus angelus effudit fialam suam in terram.
Et factum est ulcus malum et sevum super omnes
habentes nomen bestie et adorantes simulacrum eius.

UBI SEPTEM ANGELI PRECEPTUM EST ILLIS SEPTEM FIALAS FUNDERE IN TERRA

Madrid. Bibl. Nac. Nº .Beatus manuscript of King Ferdinand I, From San Isidoro de Leon. Facundus scripsit dated 1047
Photo J. Pierpont Morgan Library. Exped. Walter W.S.Cook. 1926.
2011 Ministerio de Cultura